

158. *Verzeichniss der Besitzungen und Einkünfte der Kirche S. Nicolai in der Neustadt Quedlinburg, angefertigt von Johann von Bortsowe, Pfarrer daselbst. 1350.*

Anno domini MCCCL.

Hec sunt bona ecclesie sancti Nicolai in Quedel. ad usus plebani 5
pertinentia et altarium.

Primo dim. mansus decimalis, quem dedit Jan Hillen ad altare sancti Jacobi (*Zusatz von späterer Hand: huic adjacent III et dim. jugera overlandes.*)

Item dim. mansus liber a decima, quem dedit dominus Johannes 10
Schumbeck¹ (huic adjacent X jügera overlandes. *Dann von einer Hand des 15. Jahrh.: nunc tantum III morge overland.*)

Item mansus unus cum dimidio manso, qui collati sunt Tiloni Decimatori et Johanni de Weghenleve ad manus ecclesie, quem agrum dedit Jan de Hezstede et domina Margar. uxor sua ad altare omnium 15
sanctorum, de quo agro debent dari annis singulis ad sanctum spiritum domino plebano sex denarii et scolari suo duo d. bis in anno, ut per eos cum vigiliis et missis dictorum Johannis de Hezstede et domine Marg. uxoris sue et omnium parentum eorum memoria bis in anno in perpetuum peragatur, videlicet ascensionis domini et super 20
diem s. Martini et in eisdem terminis debet ibidem cuilibet pauperi prebendato unus denarius ministrari. Hec bona ego Johannes de Bortsowe cum subtilitate contraxi et vix retinui cum labore².

Item apud consules pro XL marc. Stend. est census III marcarum Stend. arg., due super diem s. Martini et due Walburg. dantur, 25
et due marce pertinent ad altare s. Petri et Pauli et due ad altare s. Jacobi, quas duas ad altare s. Jacobi dedit Jan Hillen, qui eciam dedit dim. mansum, sed ad comparacionem aliarum duarum marcarum ad altare s. Petri et Pauli pertinencium. Adelheydis relicta quondam Richardi dedit XV marcas Stend. Non sine meo juvamine, scilicet Jo- 30
hannis dicti de Bortsowe pro tempore plebani hujus loci, licet nondum plebani, cum dictam pecuniam a monachis in Sedekenbeke³ cum magnis laboribus extorsissem, quod monachi illi Adelheydi et hac pecunia tenebantur, non ab eis potuit extorqueri, sed ego cum subtilitate et gravitate laboris extorsi et postmodum in festaciones multas ab 35
amicis dicte mulieris sustinui volentibus aliter facere cum dicta elemosina, quam fuerit ante conceptum.

Alias quinque marcas, ut XX plerentur, dedit uxor domini Henningi militis de Vrekenleve. Consules possunt istum censum III marc. redimere cum XL m. Stend. 40

Item unus ferto us. in domo Siffridi Krekesten pasche, quem dedit Johannes de Yssleve cum uxore sua.

1) Scumbeil: vgl. *Urk. 1353. Apr. 15.* — 2) Hec bona — labore von etwas späterer Hand. — 3) *Kloster Sittichenbach bei Eisleben.*